

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Vocabularius

Nestor, Dionysius

[Venedig], 26. Juni 1488

Q

[urn:nbn:de:bsz:31-299724](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-299724)

Donatus	Protasis cum t exili/sequente a/dici potest propositio: ut homo currit. Donatus in prologo super Terentium. Protasis primus actus est initiumq; dramatis. Prothesis cum th aspirato/sequente e/dicitur propositu/siue praepositio: ut est a/ab/abs. Prosthesis cum s post o sequente th aspirato/ & e/dici potest additio/ siue additamentum/ uel appositio. Prostasis cum t exili post s sequente a/ praefatura transferri potest siue praesidentia.	Prothesis Prosthesis Prostasis
Accius Hieronymus	Poeniteo poenites cum ae diphthongo/ & poeniteor deponens usurpatur. Accius in armorum iudicio. Nunc poenitebant libenter liberi. Hieronymus in ecclesiastico cap. xxxii. Fili sine consilio nihil facias: & post factum non poenitebis. Et Marci cap. primo legitur. Poenitemini / & credite euangelio. Et in actibus apostolorum. Poenitemini igitur / & conuertimini / ut deleantur peccata uestra. Habet autem & participium poenitens / & poeniturus / teste Nonio /	Poeniteo Poeniteor Poenitet
Nonius Accius	Accium inducente dicentem. Neq; te neq; quenq; arbitror poeniturum tuae laudis. Poeniteo/ regere potest post se accusatum: ut Carthaginenses poenituit bellum/ quod gesserunt. Poenitet in personale/ regit a parte ante accusatum: & a parte post/ genitium. Poenitet item/ pro parum uidetur / ponitur/	
Seruius Virgilius Terentius	teste Seruio. Virgilius in bucolicis. Nec te poeniteat calamo triuisse labellum. Terentius. At enim dices: me quantum hic operis fiat/ poenitet: idest parum mihi uidetur.	
Vgutio	Phunus huius phuheris/ quom mortem significat/ a graeco trahitur. Na qouoc graeca/ latine caedes/ uel mors interpretatur. Quom uero exequias designat/ latinum est funus/ a funalibus dictum. Neq; a fune phunus caedes descendit/ ut cum Catholico Vgutio somniauit.	Phunus Funus
Lucanus Columella	Panace huius panaces cum unico n/ & haec panacea/ declinari in recto potest. Lucanus libro nono. Et panacea potens/ & Thessala centaurea. Columella li. undecimo. Nunc medica panacen lachryma/ succoq; salubri. Genus est haerbae: quae a Graecis cum ei diphthongo πᾶνᾱκεία scribitur: quo nomine etia Aesculapii filia uocata fuit/ teste Aristophane in pluto.	Panace Panacea
Aristophanes Vgutio	Prora/ graecum est uocabulu: neq; a prior descendit/ ut cum Catholico Vgutio somniauit. Pars est naus anterior.	Prora
Apuleius Varro Virgilius	q Varo quæris cū æ diphthongo scribitur/ teste Apuleio: & ex qua/ & res componitur/ auctore Varrone. Nam proprie (ut ait) quærere/ est qua sit res aliqua iuestigare. Et producit qua syllabam. Virgilius libro aeneidos nono. Lustrat equo muro: aditumq; per auia quærit. Et facit in praeterito quæsiui: in supino quæsitum: & per syncopam quæstum. Inde haec quaestio/ & hic quaestus huius quaestus/ uel quaesti/ uel more antiquo quaestuis. Plautus in aularia. Na hic apud nos nihil est quaesti. Terentius in Andria. Nunq; animu quaesti gratia ad malas inducam partes. Cato quaestuis causa/ deridebant res suas pueris. In datiuo plurali/ & ablatiuo/ quarti ordinis/ facit quaestibus per i. Cum quaero composita/ mutant æ diphthongum in i: ut inquiri/ perquiri/ coquo/ ro/ acquiri/ requiri/ exquiri: quod & exquaero dici potest/ teste Prisciano: qui & Plautum refert ita per scriptum reliquisse in aularia. Intra/ exquaere/ sit ne ita/ ut praedico. A quaero/ uenit quaeso/ quaesis cum æ diphthongo / teste Apuleio. Lucretius libro primo. Ni diuum pacem uotis adit/ ac prece quaesit. Et facit in praeterito quaesi/ in supino quaesum/ teste Charisio: uel secundu Probum/ quaesiui: in supino quaesitum: & significat id quod rogo. Ennius tamen (ut Festus refert) quaesere pro quaerere posuit. Queror/ quereris deponens/ absq; æ diphthongo scribitur: & primam corripit syllabam. Ouidius heroidum. Vela queror/ reditu/ uerba carere fide. Et facit in supino questu/ a quo/ sit hic questus huius questus. Sed & haec questio pro querela/ uel querionia/ formari pot. Questus facit in datiuo pl/ & ablatiuo/ questibus p u.	Quæro Quæstus Quæstio Quæso Queror Questus Questio Querela Querionia
Virgilius Priscianus Festus	Qualus cum unico l/ genus est uasis uiminei: qui & calathus dicitur. Virgilius. tunc spisso uimine qualos/ Cola q; praelorum fumosis deripe tectis. Qualus format p diminutione q; fillu/ teste Prisciano: qn & hic q; fillus. Festus. Calathos	Qualus Qualillus Qualillum

Tullius græci/nos dicimus quasillos. Tullius in Philippicis. Annon inter quasilla pē
 Tibullus det aurū? Et corripit qua syllabam/ licet qualus illam producat. Tibullus.
 Porphyrio Sic tibi cura togæ potior/ pressumq; quasillo. Qualus item pro lanificio po
 Acron nitur/ ut interpretati sunt Porphyrio/ & Acron/ illud Horatii in tertio carmi
 num: tibi qualum Cythereæ puer. Quod quidem uasculum/ diminutiue qua
 sillum mulieres uocant. Id autem est/ in quo pensa uel tramā reuoluerē solēt.
 Hora tius Qualis quale relatiuum qualitatis/ sequenti substantiuo responderet: sed & non
 nunq̄ antecedenti. Horatius in epodo. Sed incitat me pectus / mammae pu
 tres/ equina quales hubera. Qualis

Priscianus Quercus/ tam secunda/ q̄ quarta declinatione declinari potest/ teste Prisciano. Quercus
 Cicero Cicero in chorographia. Quercorum rami ad terram iacent. Et format pro Quernus
 Virgilius materiato/ quernus/ & quercus. Virgilius georgicorum primo. Querceus
 Porphyrio Sed tamen & quernas glandes. Porphyrio super illud Horatii in secundo Querq̄ra
 Seruius carminum/ Querceta Gargani laborant/ Querceta (inquit) dicuntur a quer
 ceis scilicet arboribus. Et Seruius super illud æneidos. vi. At qui umbrata ge
 runt ciuili tempora quercu/ ait. Querceam coronā accipiebāt/ qui in bello
 ciuem seruassent. Neq; a quæro quæris quercus descendit/ ut cū Catholico
 Vgutio somniauit: sed a querquera/ auctore Pompeio/ in hæc uerba dicēte.
 Pompeius Quercus dicitur/ q̄ id genus arboris/ graue sit/ & durum: tum etiam in ingen
 tem euadat amplitudinem. Querqueram enim (ut subdit) grauē/ & magnā/
 Lucillius quidam dici putant. Querquera item/ frigida interpretatur/ ut est cū tremo
 Vgutio re febris. Lucillius. Iactās me/ ut febris querquera. Neq; a queror querquera
 Pompeius deducitur: ut cum Catholico somniauit Vgutio: sed a κερρα/ quod Græci
 dicunt/ ut idem auctor est Pompeius.

Agrætius Quondam/ tria tenet tempora/ præteritum/ præsens/ futurum/ testibus Agræ
 Seruius tio in Caprum/ & Seruio. Virgilius in bucolicis. quondam tua dicere facta/ Quondam
 Virgilius Tempus erit. Instantis autē temporis/ idē etiā Virgilius protulit/ quom dixit.
 Virgilius Quondam etiam uictis redit in præcordia uirtus. Præteriti uero t̄pis posuit
 Boetius Boetius in initio operis de consolatione/ quom ait.
 Carmina qui quondam studio florente peregi.

Quintiliāus Quis uel qui/ quæ uel qua/ quod uel quid/ genitiuo cuius/ datiuo cui/ uel quoi/
 teste Quintiliano: quod & protulit Catullus/ quom dixit. Furi quoi neq; ser/
 Catullus uus est/ neq; arca. Veteres etiam genitiuo cui dicebant/ teste Prisciano. Vnde Quis
 Priscianus Cicero pro Roscia/ ait. Vereor enim cui cuiusmodi est Rosci/ ne ita hunc uide
 Cicero ar seruare/ ut tibi omnino non pepercerim: hoc est cuiuscunq; modi. Et non
 Virgilius nunq̄ monosyllaba dictio est: & quādoq; disyllaba. Virg. li. æneidos quinto.
 Martialis Cui uix attollens Palinurus lumina fatur. Martialis. Cui portat gaudens an
 Manilius cilla paropside rubra Halecem. Bisyllabā autē dictionem expressit Manilius/
 quom ait li. quarto. Sic erit & sedes fugienda/ petendaq; cuiq;: Sic speranda
 fides: sic & metuenda pericla. Albinus rerum Romanarum libro primo. Ille
 Albinus cui ternis capitolia celsa triumphis Sponte deum patuere/ cui freta nulla re
 Priscianus postos Abscondere sinus/ non tutæ mœnibus urbes. Et notandum q̄ tā fœ
 Diomedes minino/ q̄ masculino genere/ quis proferri potest/ testibus Prisciano/ & Dio
 Ennius mede/ Ennium referente dicentem. Quis tu es mulier/ quæ me infueto nūcu
 Plautus pasti nomine? Et Plautus in uitularia/ ait. Dic mihi si audes/ quis ea est/ quā
 Terentius uis ducere uxorem. Sic etiam quisq̄ fœminino genere protulit Terentius in
 Donatus eunucho/ dicens. Hunc oculis nostrarū quisq̄ non uidit/ pro quæq̄. Vbi Do
 Terentius natus/ quisq̄ (inquit) multis exemplis probatur etiā fœminino genere uete
 Virgilius res protulisse. In ablatiuo autē singulari/ facit quo qui/ qua qui/ quo qui. Te
 rentius in eunucho. qui cū parmenone: idest cū quo. Virgilius libro ænei. xi.
 Priscianus Accā ex æqualibus unā/ Qui cū partiri/ curas: idest cū qua. Nominatiuo plu
 Pacuuius rali/ qui/ quæ/ qua/ quæ: quod antiqui declinabāt qui/ uel ques/ quæ/ ul' ques/
 Cato teste Prisciano/ Pacuuiū inducente dicentem in Medea. Ques sunt isti? Et Ca
 Seruius to in originibus/ ait. Si ques sūt populi. Genitiuo plurali/ quorum quarum
 quorum/ uel quum a' quēs/ teste Seruio super librum primum æneidos/ da
 tiuo/ & ablatiuo/ quibus / uel quis / producta tamen syllaba / ut scilicet

- differat a nominatio singulari: ubi correpta est: ut est apud Lucanum libro secundo. Pro fata quis ille / Quis fuit ille dies? Horatius sermone primo.
- Lucanus
Horatius
Caper
Quoties cum s post e & scribi & efferi debet / teste Capro de latinitate: Simili Quoties
quoq; modo tories: sicut decies / centies / millies.
- Priscianus
Quies substantiuū foeminini generis / adiectiuū uero / triū ē generū / teste Priscia Quies
no / in hæc uerba dicente. In quies / cuius extremā syllabā corripit dixit Probus /
genitiuo inquietis declinatur: quod trium factū est generū: cuius etiā simplex /
in usu trium generū inuenitur. Hæc ille. Vnde Salustius libro historiarum se
cundo ait. Et in quiete nomine histriones uix sane Burbulecium appellabat.
- Salustius
Næuius
Lycinius
Priscianus
Aphranus
Næuius
Virgilius
Seruius
Virgilius
Nonius
Festus
Næuius in carmine belli punici. lanq; eius mentē fortuna fecerat quietē. Lyci
nius Macer annaliū primo. Non minimo opere milites quietes uolebat esse.
Quies substantiuū / facit in genitiuo quietis / & quici / teste Prisciano. Aphra
nius in emancipato. Sollicito corde corpus non Potitur nunc quie. Næuius
in Protefilao. Complexa sono corpora operiuntur: ac suauie dicantur.
Virgilius. nec placidam membris dat cura quietem.
- Quando pro aliquando ponitur: & nonnunq; pro siquidem / teste Seruio: ut est Quando
apud Virgiliū libro aenei. xi. quando tot stragis acruos Teucroꝝ tua dextra Quande
dedit. Quandoq; pro qm accipitur: ut interpretatur Nonius illud Virgiliū:
hic tibi fabor enim: qm hæc tua cura remordet. Festus. Quando non solū id
quod quia significat: sed etiā id quod postq. Et quom graui uoce pronuntia
tur / significat quia: & est cōiunctio. Quando uero accentu acuto / tunc aduer
bium est temporis. Quande etiā pro qm dicebant antiqui. Hæc ille.
- Seruius
Virgilius
Seruius
Festus
Virgilius
Festus
Seruius
Iuuenalis
Acron
Quiane & quianā / hoc distant: q; quiane reuera significat / teste Seruio: ut ē apud Quiane
Virgiliū libro aenei. quarto: quiane auxilio iuuat ante leuatos. Quianā uero /
cur / uel quare significat / auctoribus Seruio & Festo. Et est una particula: sicut
& quiane. Virgilius libro aenei. v. Heu ganā tāti cinxerūt æthera nimbi.
- Quatenus cū ē significat qua sine: sicut hæc uenit hac sine / auctore Festo: qd anti Quatenus
qui (ut pergit) quatenos dicebant. Quatenus item significat quousq;: ut iter /
pretatus est Seruius illud Ciceronis in Lælio: est enim quatenus amicitia da Quatenos
ri uenia possit. Quatinus per i significat quia: ut est apud Iuuenalē. Quatinus Quatinus
hic non sunt & uenales elephantū: id est quia. Acron sup illud Horati in ter
tio carminū. clarus post genitis quatenus / quatenus (siqui) qd diu significat. Nā
quatenus aduerbiū est interdum tps: interdū loci. Quatinus uero / cōiunctio
tantum est. Hæc ille.
- Iuuenalis
Virgilius
Martialis
Quadrans / genus est ponderis: quadra uero / mensa quadrata. Iuuenalis. Ut bo Quadrans
na sūma putes aliena uiuere quadra. Virgilius li. aeneidos. vii. Patulis nec par
cere quadris. Martialis. Cū mittis turdūe mihi / quadramue placentæ.
- Donatus
Iuuenalis
Persius
Lucanus
Horatius
Ouidius
Petronius
Sergius
Seruius
Priscianus
Horatius
Varus
Diomedes
Accius
Lucretius
Ouidius
Quiris huius quiritis cū i latino / singulari numero declinatur: etsi pluralis tantū Quiris
numeri Donatus esse tradiderit. Iuuenalis. tū una plebe quiritē facundū inue
nies. Persius satyra sexta. Heu sterile ueri / quibus una quiritem Vertigo fa
cit. Lucanus libro septimo. Hirtā membra super Romani more quiritis
Induxisse togam. Horatius in epistolis. Ludicra / & plausus / & amici dona q /
ritis. Ouidius. An si pulsassem minimū de plebe quiritem. Potest etiam decli
nari in recto hic quirites / auctoribus Petronio / & Sergio in Donatum: quin
etiam hic & hæc quiritis / teste Seruio super librū quartū aeneidos. Et facit in
genitiuo plurali / quiritiū: & per syncopam quiritū / teste Prisciano. Horatius
oda prima. Hunc si nobilium turba quiritium. Varus. Vendidit hic Latium
populis: agrosq; quiritum Eripuit.
- Queo quis quit / & queor / ueteres protulerunt / teste Diomede / Accium inducē Queo
te dicentem. Vnde omnia perdisci: ac percipi queūt. Et Lucretius libro pri
mo / ait. Dum ueniant aliæ / ac suppleri summa queatur.
- Quinquatria dicebantur festa / quibus fiebant qnq; diebus sacra Palladi (ut Oui /
dius docet) ita appellata: quoniam quinq; diebus post idus celebrabantur. Quinquatria
Dies enim post idus ater erat. Inde quinquatria / quasi qnq; ab atro die. Oui
dius i fastis. li. iiii. Vna dies media est: & fiūt sacra Mineræ. Noia quæ a iūctis

- quinq; diebus habent. Sanguine prima uacat: nec fas concurrere ferro.
Causa q; est illa nata Minerua die. Altera tresq; sup strata celebratur arena:
Ensis exertis bellica læta dea est. Et tam secūda q; tertia declinatione/plu
rali tantū numero substantiue declinatur/sicut & cætera noīa festorū/aucto
re Macrobio. Iuuenalis satyra. x. Incipit optare: & totis quinquatribus optat.
Cicero in eplis. Ita tumultuosæ cōciones/ita molestæ quinquatriis afferebāt.
Sylus Quadrupes & quadripedās/dici pōt. Sylus li. iiii. collisq; quadrupedantū
Virgilius pectoribus/toto uoluntur corpora campo. Et Virgilius li. æneidos. xi. per
fractaq; quadrupedantum Pectora pectoribus rumpunt. Quadrupes
Quadrupes
dans
- Diomedes Adix/tam masculini q; foemini generis est/testibus Diome/ Radix
Donatus de & Donato in editione secunda: & in obliquis di syllabā p/
Ouidius r ducit. Ouidi. li. meta. xiiii. Moly uocat sup nigra radice tenet.
Caper Ræte neutro & rætis masculino & foemino genere/declia Ræte
Probus ri pōt/testibus Capro & Probo: sed & hæc rætia/teste Priscia Rætis
Priscianus no. Plautus in rudente. Non uides proferre me uuidū rætē sine squamoso Rætia
Plautus pecu? Idem iterū in rudente. Nam tūc & operā ludos facit & rætia/ut tempe Rætiolum
Plautus itas est. A neutro/fit rætiolū & raticulū: a foemino/ raticula: a rætia/rætia Ræticulū
Psalmodia culū: ut est apud Psalmodiographū. Cadent in rætiaculū eorū peccatores. Et (ut Ræticula
phus Apuleio placet) cū æ diphthōgo annotatur. Rætiaculū
Apuleius Rallum cū duplicato l/nouacula dicitur. Ralla eadē scriptura/genus est uestis/ Rallum
Marcellus a raritate dicta/auctore Marcello. Ralla
Diomedes Rana format p diminutionē ranūculus/testibus Diomede/Donato/Prisciano: Rana
Donatus uel secūdū Vgutionē ranula: uel (ut Gasparinus tradit) ranella. Ranūculus
Priscianus Ricinus cū i latino utrobiq; & hoc riciniū/declinari pōt/Seruius. Ricinus/ge/ Ranula
Vgutio nus est uestis muliebris. Varro de lingua latina. A reiiciendo riciniū dictū est. Ranella
Gasparinus Festus. Riciniū/omne est uestimētū quadratū. Est etiā ricinus genus cucume Ricinus
Seruius ris: & genus uermis/qui exitū non habet. Ricina/insula quædam est. Ibernix Ricinium
Varro supiacens/teste Ptolemæo. Rica cū i latino & c exili/uestimentū est quadra Ricina
Festus tum fimbriatū/purpureū: quo flamines pro palliolo utebātur/teste Festo: & Rica
Ptolemæus a ritu dicta est/auctore Varrone de lingua latina. Alii dicūt q; ex lana fiat suc Ricula
Festus cida alba: & cæruleo colore inficiatur. Et format diminutiue ricula.
Varro Regilla cū duplicato l/foemino genere declinatur/teste Marcello: quā & re/ Regilla
Marcellus gillū neutro declinari posse tradit Vgutio. Genus est uestis. Regillū
Vgutio Rhegyum cū aspiratiōe post r/ & y græco/a Tortellio scribi præcipitur. Cui/ Rhegyū
Tortellius tas est Calabria/ seu Brutiorū/teste Lioio libro. iiii. de secūdo bello punico. Regyni
Liuus Est aut in eo loco/ quo Italia a Sicilia dirupta est. Vnde & a ρηγύω/ quod est Regiū
Festus dirumpo/ nomen assumpsit. Quare Festus dixit esse municipiū in freto Sicu Regiensis
Vgutio lo. Neq; a rege cognominatū est/ ut cū Catholico Vgutio sonauit. Et ab hoc Regia
Ptolemæus Rhegyo/ Rhegyni dicti sunt. Regiū absq; aspiratione post r/ & cū i latino/ Regia
Ptolemæus urbs est Gallix cisalpinæ/ a rege denominatū: a quo Regiensis uocati sūt. Regia
Serenus Regia/ urbs est Syriæ/teste Ptolemæo. Sunt & eodē noīe uocatae duæ urbes mediterraneæ Ibernix Britanica/ ut idē Ptolemæus ostendit.
- Plinius Rhaphanus cū aspiratiōe post r/foemino genere & rhaphanū neutro/declia Rhaphan
ri pōt. Serenus rhaphanus uel cocta iuuabit. Plinius li. xx. naturalis historix. Rhaphanū
Rhaphanū & siluestre diximus esse laudatissimū in Arcadia. Genus est radi/ Rhaphanū
cis: qd etiam masculino genere Serapion protulit.
- Serapion Rigeo riges secūda: & rigo rigas primæ cōiugationis/utrūq; uerbū notā hēt Rigeo
Lucanus significationē: & utrobiq; ri syllaba corripitur. Lucanus libro nono. Rigo
Ouidius Aphrica Cyrenis etiā tūc bruma rigebat. Ouidius libro metamor. quinto.
Boetius Dextera dirigit: nec citra mota/ nec ultra est. Boetius. Et ueris elegi fletibus
Lucanus Dextera dirigit: nec citra mota/ nec ultra est. Boetius. Et ueris elegi fletibus
Seruius ora rigant. Lucanus li. vi. Irrigat Amphryfos famulantis pascuaphoebi.
Persius Ramus & hoc ramale/ dici pōt/teste Seruio sup quartū georgicorū. Persius. Ramus
Ouidius Ut ramale uetus. Ouidi. li. meta. viii. Multifidasq; faces/ ramaliaq; arida tecto. Ramale
Phocas Rastrum neutro genere/ & raster masculino/teste Phoca/declinari pōt. Vnde Rastrum
Seruius plurali numero rastros dicimus/ & rastra. Seruius. Rastra/ q; terram radant. Raster